

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Lignum Vitae, Ornamentum, & Decus Ecclesiæ**

In Qvinque Libros Divisvm. In quibus, Totius Sanctiss. Religionis Divi Benedicti initia; Viri Dignitate, Doctrina, Sanctitate, ac Principatu clari describuntur: & Fructus qui per eos S. R. E. accesserunt, fuissimè explicantur

**Wion, Arnold**

**Venetiis, 1595**

S. Martinus Episcopus, Sueuorum in Hispania, ab Ariana peste, ad  
vnitatem fidei reductor. c. LXXX.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38397**

Fertur, & illius esse deuotissimus, & piissimus ille Hymnus toties in laudem Diuæ Virginis, cuius erat deuotissimus, repetitus,  
*Ave Maris stella,*  
*Dei Mater alma,*  
*Atque semper virgo,*  
*Felix Cæli porta, &c.*

Nec ab hac sententia dissentit R.P.D. Franciscus Costerus Socius Iesu Theologus, qui in meditationibus quas in hunc hymnum composuit, sic in principio ait: *Hoc carmen incerti quidem auctoris est; resert tamen dulcedinem melliflui Bernardi, cui a nonnullis tribuitur. Reliqua si quæ scripserit, ut uerisimile est, ad meam non peruenere notitiam.*

## S. MARTINVS EPISCOPVS:

Sueuorum in Hispania, ab Ariana peste, ad unitem fidei reductor.

*Immortalis est, enim, memoria eius, quoniam & apud Deum nota est, & apud homines. Sap. 4.*  
*Cap. LXXX.*

**N**ON minora beneficia in sacram Ecclesiam Sancti Martini Dumiensis Episcopi contulit diligentia, qui natione Pannonus, longinquis peregrinacionibus Orientis prouincias lustrauit, & in studio diuinarum scripturarum magnos progressus habuit. Hic in Hispaniam delatus, in Galicia ab imo monasterium Dumiense exstruxit, quo in Episcopatum postmodum transformato, ex Abbatte, Dumiensis Episcopus factus est, deinde Bracarensis, Dumiensi ecclesia cum Bracarensi copulata, eique contributa. Probitatis & sapientiae magnum specimen dedit, nam eo tempore Sueuos haec tenus Galicia imperantes (errat Bujanus qui hos ignorans, Sueuos populos qui sunt in Germania tunc conuersos putat) ab Ariana secta, cui impense fauerant, & Catholicos modis omnibus uexarant centum ferme annorum spatio, ex quanto tempore à vera Religione deficiente praeras opinions suscepserant, ad sanitatem reuocauit Theodemiro Rege, anno Domini

Domini 565. Cuius beneficii, in ecclesiam collati, causa, eius imago nisi pslus rami extremo, pontificis habitu, dextra Arma Gallicia regia, tenentis, vas scilicet aureum, sex eiusdem metalli crucibus circumdata, in cœrulea planicie, conspicitur.

Eruditionis præterea argumento, editi ab eo libri sunt, multis elegantia luminibus, & prisca sapientia copiis exornati. Ex hac disputatione de Ira, de Humilitate Christiana, de Moribus, & de Differentia, quatuor virtutum Cardinalium. In his quoniam crebris sententiis, & styli acumine, ad Senecæ similitudinem proximè accedit, duo postremi libri, eius Philosophi nomine inter reliquias opera circumferuntur. Restituti autem nostro Martino eius sunt Basileæ, sed quo anno adhuc ignoro.

Scripsit & quasdam Epistolas ad mores pertinentes, quæ utrum extent nescio. Item & formulam honestæ uitæ, quæ est in tomo 3, Bibliotheca SS. Patrum. Non parvam deinde laudem promeruit ex collectione Sacrorum Canonum, inter eos enim qui eorum Collectores fuerunt, tertius in ordine a Baronio ad pridie nonarum Aprilis numeratur. Eiusmodi vero liber reperitur tomo 2. Conciliorum circa finem, statim post Concilium Bracarense secundum. Defunctum tandem ob eximiam sanctitatis opinionem Gallicia, & Lutaniæ pars in Diuorum numero habent, ad tertium decimum Calendas Aprilis festo dicato. Ambrosius Moralitas in chron. His ib. 11. c. 62. & alij in Martyrologio nostro citati.

RA.